

sensum quoque illius Teutonicis: *Loß dich selber/re. esse confirmat Philippus, ubi ait: Id rectè intellectum, verè dicitur: quia singuli debent retinere asseverationem bonæ conscientie, Domin. Jud. Quo modo rectè utitur quis ad defendendas suas prænotiones, si comperiat, alios eadem sensisse aut dixisse, quæ ipse senserit aut dixerit, ipso tamen (quod sæpissimè accidit) ignorante. Multò namque verius est, cogitatorum μετεμψύχωσιν dari, quàm animarum: idq; ex locis philosophi, quæ alibi retulimus. Ignoretur autem, aliquem non inferiorem esse aliis in eodem genere multum claris, & communis fame q; præscriptione se tuentibus. Nam quum aliquis in arte aliqua excellens, ab insciis & imperitis artificium suum ignorari videt: non mirum, si ægrè ferat, latere suam & quasi sepeliri scientiam. Quam quum à tantà caligine vindicare constet: aliquà saltem ratione in publicum proferat, necesse est; ne justissimam virtuti mercedem detrahere videatur; Pallavicinus ap. Castilion. suprâ citatò locò:*

2. ignota
iis, quibus
cum su-
mus.

Vid. Cic. ad Q. Frat. lib. 3. ep. 6.
Auson. ludo Sapiens, aut non fida, in Chilon.
3. aut non
attenta.
Vid. Cic. fam. 1. 5. ep. 12.

* Nescio namque, an non potius aut duntaxat æquè hoc sensu illud Chilonis: *γνώθι σεαυτὸν* accipiendum veniat *ὀρμητήριον*, quàm quo vulgò. Aut saltem non curetur. Quomodo Cicero se tueri posse videtur, quòd sibi non temperare potest, quò minis subinde rerum in suo Consulatu gestarum recordetur. Servare namque Rempublicam jam tum in faucibus inhiantium, harentem prudentiâ & sedulitate suâ, certè non est cuiusvis, nec etiam omnium temporum. At hoc fecisse nec tamen inde majoris estimari, urit.

4. insuper
calumniis
proscissa,

Sic et Epaminondas ab adversario Menelide factas res gestas suas deprecatur Agamemnoni se preferens. ap. C. Nep. ep. 17. c. 3. conf. et c. 8. Simili modo Eurymenes, se cū quoquam arma non contulisse, quoniam is sibi succubuerit, gloriatur, ap. C. Nep. ep. 17. c. XI.

Quin etiam calumniosè, ut fit, traducatur. Sic namque Themistius, quum recitasset; se idem suffragium ab Apolline tulisse, quod Socrates; subjicit: *ἰδὲ καλλωπίζομαι καὶ ἀβρύνομαι ἀντὶ ἀνάγκης. ἀλλ' ὅτι ἔκ εἰν ἄλλως αἰμύνασθαι τὰς λοιδορημύνας καὶ τὰς βλασφημίας, &c.* Reliqua v. ap. Plutarch. in libell. De laude sui.

Theses XI.

An gloriam Dei intendere suis scriptis dici possint, qui nomina suis iisdem vel planè non inscribunt, aut ea saltem quocunq; modo incrustant?

Theses XIX.

An & Ethnicorum scripta ad laudem Dei scripta perhiberi possint?

Questio ex Thesi II.

Undenam Collegia Theologorum, Juristarum, Medicorum & Philosophorum dicantur *Facultates*?

Coll. diss. A. 22, Misc. 18